


V 6
31





22. IX. 3

V b
31



HORRENDA AC
DELEND A

ANEMOMACHIA,

Facta & visa

IN MISNIA,

Die III. Augusti, Anno

M DC XV.

*Carminè Hexametro leviter ac
breviter proposita & exposita*

à

M. IOSEPHO CLAUDERO, POETA
Cæsareo & Scholæ Altenburgensis
Rectore,

Siracides cap. 39. 33. 34.

*Sunt Spiritus, qui ad vindictam creati sunt,
& in furore suo confirmaverunt tormenta
sua: & in tempore consummationis effundent
virtutem, & furorem eius, qui fecit illos, confun-
dent.*

IMPRESSA ALTENBURGI IN MISNIA,

Anno M DC XV-





VIRIS,
MAGNIFICO ET CONSVL-
TISSIMO, DN. HELIÆ FORSTERO
in Strawensels/ J. V. D. Comiti Palatino Cæsar. Aulaq;
Saxonica, quæ est Altenburgi, CANCELLARIO
meritissimo:

Nec non

CLARISSIMO ATQVE CONSVLTIS-
SIMO, DN. ANDREAE Rühn/EIVSDEM AV-
læ Altenburgensis Consiliario, & Senatus Ecclesia-
stici ibidem Præfidi & Assessori primario:


Et

AMPLISSIMO, DOCTISSIMO AC
PRVDENTISSIMO, DN. WOLFGANGO
EBHARDO, Dicoeseſor Altenburg. Quæstori
fidelissimo:

Dominis Patronis, Fautoribus ac Promotoribus
suis maximè plurimumq; observandis.






 Quàm benè florebant segetes, quàm Mr-
 SIDOS ORA
 Orbita circumfusa patet! quàm dives
 AVARUM

Messis Aratorem magnà spe fulserat! Horti
 Quàm stabant leti, quàm fercula grata culina
 Jejuna minitabantur, mensisq; secundis!

Plurima pendeat ramis pregnantibus arbor,
 Tot matura suo mox largitura colono
 Poma, nuces, & quæ tenerà lanugine mala
 Canebant, nec non ceram simulantia pruna.

Quilibet hinc tacito lacrimabat gaudia sensu,
 Assidueq; pias jaçtabat ad aethera voces.

At concepta vagas spes evanescit in auras.

Spicea nam campis ubi messis inhorruit, & cum
 Messorem nuper flavis induceret arvis
 Rusticus, & fragili jam stringeret hordea culmo,
 Æolus infernus, sic permittente J E H O V A,
 Liberat iratos vinclis & carcere ventos:

Hiq; repente ruunt, factò velut agmine; circum
 Arva fremüt: campos vehementi turbine perflant,

A 2

Ac

VL,
RO
ulaq;

LTIS
M AV-
efia-

O AC
NGO
ori

oribus

Ac inter sese magnâ vi praelia miscent;
 Praelia, praesentem qua frugibus undiq; mortem
 Intentant miserè, denso cum pulvere mista
 Conscendunt palea celsum penetrabile Tonantis.

Terribilis subito trepidos ruit horror in artus
 Auriga, dum plaustra videt subversa jacere,
 Clangentesq; Notos bipatentibus auribus haurit.

Heu! circumseptus saevo manet aëre Messor,
 Spectrorumq; notat phantasmata consternatus.
 Dumq; levata sua circumfert lumina frontis,
 Ruris opes Venti sublatas impete sentit.

Heu dolor! heu lacrima! proh inclementia fata!

Inde domum celeri ducens vestigia gressu,
 Vxorem, nec non caros vocat ordine natos,
 Ac singultanti sic incipit ore profari:
 O mea T^v, mea lux! o vos mea pignora cara!
 Manè novo, scitis, latantia rura petebam,
 Triticeas & opes ac hordea, lata J E H O V A E
 Munera, dentatâ tonsurus falce: sed eheu!
 Sera pruinosas ubi vespera duceret umbras, (bat,
 Quàm me, quàm cunctos, latus quos campus habe-
 Fata fatigabant, (heu infeliciter!) uno
 Cuncta simul verbo loquar: impetuosâ Noti vis
 Restantem Cererem, veluti crepitante flagello,
 Excui-

Excutebat, disq³ trahabat, disq³ sipabat.

Heu miserum fatum! proh irreparabile damnum!

Protinus uxorem, gelidus ceu pectora mucro,

Invadit mœror, subitus tremor ossa pererrat,

Semianimisq³ suo responsa dat ista marito: (ses?

Heu mihi! quid narras? nobis qua damna recen-

Improba ventorum patulo quid in æquore campi

Ausa fuit rabies? congestum stramine culmen,

Ecce, patet passim venientibus imbribus! horrea

Hordea sic igitur non largiter horrea nostra

Implebunt: sic triticei non plurima grani

Copia Pistori dabitur venalis, ut inde

Ære queant iterum vacua turgescere peræ!

Cætera quid referam? proh! Autumnalia dona

Pessumeunt, dudum qua demonstraverat Hortus.

Sparsa jacent etenim sua queq³ sub arbore poma,

Poma sed immatura, tuo non grata palato.

Occurrunt etiam, visu miserabile, rami,

(Queis cogebamur nuper succurrere fulcris)

In quos horrendo furiosa procella tumultu

Sæviit, & fractos telluris ad ima retrusit.

O infelices nimium, mala si sua nòrint,

Agricolas! hodiè spes hos ut maxima ludit,

Decipit, insatui! DEVS est, qui crescere mandat

A 3

Quicquid

Quicquid amœnusalit campus, quid frugifer Hor-
 Inde sed ut tumido nimium turgescere fastu, (rus.
 Ac vitij vitium, sceleri scelus addere cernit
 Securos Homines, gravis indignatio mentem
 Illius accendit, sua munera frangit, Et isthac
 Temporis in puncto tenues sinit ire per auras.
 Tam gravis iratum res est habuisse JEHOVAM!
 At Tu summe Pater, nostra DEVS alme Sa-
 lutis,

Qui regis aërios tractus, terramq, fretumq,
 Si nostris precibus, lacrimis si flecteris ullis,
 Desine pœnarum, (nam nos peccasse fatemur)
 Et nostri miserere, misertus ut antè fuisti!
 Ah quota jam sterili cecidit male messis arista!
 Ah desudanti quoties amplissima Bacchi
 Premia cultori Vindemia leta negavit!
 Hinc genus humanum, longo suspiria ductu
 Ingeminans, tales emittit pectore voces:
 O duros annos! o tempora! tempora prisca
 Quae vos nunc retinent regiones? cia redite
 Vel tandem, nostrosq, penus locuplete penates
 Exsaturate, nigramq, famem procul ire jubete:
 Jam satis ultrices vestras exhausimus iras.
 Sed quia fecunda producere tempora messis

Non

Non opis est nostra: TE corde labroq; precamur,
 O aeternae Parens rerum, cui jus datur uni
 Et referare poli portas, Et claudere: posthac
 Agmina Ventorum vinculis Et carcere frena,
 Et quaecunq; ferunt incommoda, rejice, seua
 Ne nostras unquam terras annona flagellet.

Da quoq; parturiant feliciter, ubere passim
 Qua gemmans hodie pubescit Vinea foetu!

Sic TIBI devoti latum Peana canemus,
 Faucibus extremus dum spiritus exhalabit.

F I N I S.



777

Non omnia sunt vera: sed omnia sunt in corde latens
Omnino veritas est in corde latens
Et veritas est in corde latens
Ad omnia veritas est in corde latens
Et veritas est in corde latens
Ne veritas est in corde latens
Da quod pariter est in corde latens
Quae veritas est in corde latens
Sic est in corde latens
Et veritas est in corde latens

Ad 13



HL



Non op
O
E
A
E
N
D
C
S
F

ULB Halle 3
004 778 618



VD17






2h. 14

V b
31

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
Kodak LICENSED PRODUCT
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



AC
CHIA,
fa
Anno
eviter ac
posita
O, POETA
urgensis
4.
m creati sunt,
unt tormenta
onis effundent
it illos, confun-
IN MISNIA,
XV-

